



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ecclesia

Buchinger, Michael

Dilingae in Rhetia, 1556

VD16 B 8998

E. terribilis dæmonibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64468](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64468)

sus illa eadem militās ecclesia, Sion, id est, specula: Quia ab ea gloriam domini à longe speculamur, dicente Paulo 2. Cor: 3. Nos uerò omnes reuelata facie gloriam domini specularantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem tanquam à domini spiritu. 2. Quòd ab ea insultus hostium praeuidere debeamus, testante Hesaia cap. 21. Super speculam domini ego sum stans totis noctibus scilicet in prosperitate & in aduersitate seu supremis miserijs: 3. Quia paranymphus, qui θεοῦ τῆς ποτῆς, & αὐτοῦ vox eius (hoc est potestas & uirtus altissimi) est, à longe ueniens ab ea speculatur: Et Baruch. 5. exurge Hierusalem & sta in excelsis, & circumaspice ad orientem.

ECCLESIA STELLA.

EST hæc eadem S. ecclesia asteriscus, unde Iohannes in Apocalypseo libro cap. 2. Hæc dicit, inquit, qui tenet. 7. stellas in dextera sua, id est, sanctam ecclesiam septiformis gratia dei prælucentem.

ECCLESIA TERRIBILIS lis demonibus.

E 4 E8

Vide Hu-
gonē Car-
dinalem.

Est terribilis ecclesia demonibus (satan he-
braeis dicitur Sched) propter terribilem
inquisitionem, dicente domino per He-
saia cap. 22. figam uexillum in loco fideli. Et
idem cap. 30. panebit Assur uirga percussus.
Terribilis est etiā propter mirabilem con-
seruationem sacramentorum, & suauem iubi-
lationem, unde Hierem. cap. 30. uocem terro-
ris audiimus, &c.

Ecclesiae arma,

Ecclēsia autem non armis secularibus uin-
cit aduersarias potestates, sed armis spiri-
tualibus, (doctrina & oratione) quae sunt
fortia Deo ad destruendas munitiones & altitu-
dinem nequitiae spiritualis, inquit Ambrosius
de uidiis, &c. Neque enim apud Ethnicos ma-
gni aestimatur, sanguine sibi laudem parare, unde
ait poeta.

Nolo uirum, facili redimit qui sanguine uitā:
Hunc uolo laudari, qui sine morte potest.

Duo gladij in ecclesia.

Dicens